Metaphisica tradita a D.D.L. : Laquerbe liberalium artium professore in Collegio Regio et academico Monspeliensi et accepta a D. Farnarier : ejus alumno

Numéro d'inventaire : 2023.22.1
Auteur(s) : D. Farnarier
Type de document : travail d'élève
Période de création : 4e quart 18e siècle
Date de création : 1785
Matériau(x) et technique(s) : papier, encre, cuir de basane
Description : Cours rédigé à l'encre noire ou rouge. Basane marbrée de l'époque, dos lisse orné, pièces de titre fauve, tranches rouges. Reliure usée, coiffes abîmées, titre sali.
Mesures : hauteur : 17,7 cm ; largeur : 11 cm
Notes : Cours de philosophie manuscrit rédigé en latin donné par le professeur Laquerbe au Collège royal de Montpellier, mis au propre par son élève D. Farnarier. D'une calligraphie sans soin particulier mais lisible et agrémenté d'ornements à l'encre rouge et d'un titre en rouge orné d'un dessin et encadré de pampres à l'encre rouge et verte. La manuscrit est ponctuellement illustré de dessins sans doute réalisés par l'élève. Ces dessins représentent des fleurs à l'intérieur du cours. Sur la page de titre, est représenté un ensemble d'objets hétéroclites.
Mots-clés : Philosophie, psychologie, sociologie
Lieu(x) de création : Montpellier
Utilisation / destination : enseignement
Historique : Cours de philosophie manuscrit donné par un professeur nommé Laquerbe au Collège royal de Montpellier, mis au propre par son élève D. Farnarier.
Autres descriptions : Langue : Latin
Nombre de pages : Non paginé
Commentaire pagination : 340 p.
Lieux : Montpellier

Notiones Preliminares

De Ente in genere

Ens Dicitur quidquid existit vel existere
Potest id est quidquid Percipitur aut potest
Percipi
Enti opponitur nihilum quod scilicet nec
percipitur nec percipi Potest Duplex
Distinguitur Ens Reale et ens possibile
ens Reale est illud quod in Rerum natura
existit
Ens Possibile illud est quod non existit
quidem sed Potest existere--------
Duplex Destinguitur entis essentia [illegible]
phisica et methaphisica---------
Essentia phisica est collectio omnium proprie-
tatum essentialium enti quarum vel
una sublata ens tollitur et non amplius
existit sic v.g. Corpus et anima Rationa-
lis simul unita Constituunt essentiam
phisicam hominis

Essentia methaphisica est illud attribu
tum quod ita Primario Constituit ens ut
ex illo fluere concipiantur omnes aliæ
entis Proprietates
essentia illa vocatur etiam a veteribus
quidditas tres anguli sunt essentia
methaphisica trianguli quia inde fluunt
trianguli Proprietates
Per essentiam methaphisicam sæpe etiam
intelligitur Collectio omnium Proprietatum
essentialium enti seu considerando illas
Proprietates tanquam mere Possibiles —
et tunc per essentiam phisicam intelli
gitur Collectio earumdem Proprietatum
eas Considerando tanquam Realiter
existentes - - - - - - - - - - - - - - - - -
quæres quid sit natura entis - - - - -
Resp. natura alicujus entis est collectio
ejus Proprietatum essentialium ac Proinde
nihil aliud est quam ejus essentia phisica
qua propter ut Perfecte Cognosceretur natu
ra alicujus entis cognoscendæ essent oes
illius entis Proprietates essentiales

De Substantia et modis

Substantia est ens quod ita existit —
existentia sibi Propriâ ut non indigeat
Recipi in aliâ talia Sunt corpora tales
Sunt animi

Modus est Status Substantiæ talis —
est Rotunditas, cogitatio Pro animâ
Scilicet Si videamus corpus Constitutum in
motu Statim videbimus corpus illud esse
Realitatem quamdam Videns etiam est
motum illius corporis esse aliquid Reale
sed Corpus potest concipi et existere Sine
motu Sed motus corporis non Potest
concipi Sine Corpore ergo Corpus est Subs
tantia motus vero modus

Unde 1o modus non Potest existere Sine
Sustantiâ etenim modus nihil aliud
est nisi quam Status Substantiæ —
existentis Sed Substantia non potest
esse in Certo Statu quin existat ergo
modus non Potest existere nisi existat
Substantia